



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Vindex Libertatis Ecclesiasticae || Et Martyr || S.  
Engelbertvs || Archiepiscopus Co-||loniensiſ Princeps ||  
Elector, &c.**

**Gelenius, Aegidius**

**Coloniae Agrippinae, 1633**

Praefatio In Notas Libri tertij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9728**

**D**Vos priores libros, Beneuole Lector, de vita S. ENGELBERTI editos vix Surius emendauit, tertium compendificet, quem vt ab vltimâ repeterem antiquitate, contuli eum cum tribus manuscriptis exemplaribus; quorum primum ex Carthusia Coloniensi subministravit mihi R. P. Georgius Garneueldt, in quo cum plurima desiderentur, haudquam mirum est à diligentissimo historiarum scriptore Laurentio Surio Carthusiano in sua<sup>c</sup> editione, quædam alioquin vtilia, prætermissa, quæ ego ex aliorum exemplarium fide restitui. Alterum exemplar manuscriptum ex<sup>b</sup> Bibliotheca SS. Chryfanti & Dariæ submisit mihi eruditissimus vir D. Hubertus à Castren Decanus Monasterij Eiffliæ. Cui consonat & tertium ex oppido Schvvelmensi à R. D. Hildebrando Busæo mihi suppeditatum, quod velut accuratissimum, plerumque attuli. Hæc ad illustrandas notationum intelligentias præfari debui. Vale Lector & frueri.